



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Ad Eundem. De Bibliotheca Urbinate, ... In Necem Caroli Primi Magnae
Brit. Regis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

AD EUNDEM.

*De adibus Pontificiis ad Lacum Albanum tactis fulmine
III. Id. Octob. M. DC. LVII.*

NE mirare manu Vulcania tela rubenti
In tua, SANCTE PARENS, tecta vi-
brare Jovem.

Indignatur enim Latio, te Principe, demum
Aurea Saturni secla redisse senis.

DE BIBLIOTHECA URBINATE,

*ALEXANDRI VII. Pont. Max. liberalitate,
Vaticana donata.*

REGIFICO quondam sumtu, studioque parata
Feltriadum celebris bibliotheca Ducum,
Vaticana tuas, huc longe iussa venire

Munere ALEXANDRI Principis, auget opes.
Nobilior poterat nec muneris auctor haberi,
Nec munus poni nobiliore loco.

IN NECEM

CAROLI PRIM I

MAGNÆ BRIT. REGIS,

An. M. DC. XLVIII. v. Id. Febr. Londini capite plexi.

CERNE lupæ geminos pendentes ubere natos:
Romulus hic Romæ est conditor, ille
Remus.

Inde Caledoniæ præbentem colla securi
Indigno CAROLUM respice supplicio.

G